

Galea & Cruce rubicunda insignientem, & felici  
Eventu Ominis coronantem, Tuæ affulgeat MA-  
JESTATI: quam solertem Rectoris Curam admi-  
ramur in CAROLO, ne Navis illisa scopulis fatisce-  
ret & mergeretur, in Tua Prudentia, Terræ & Ma-  
ri, infido aliâs Elemento, superiori deprædicemus:  
quam denique Felicitatem, post lachrymas & suspi-  
ria, armorum loquetur omnis Historia incluti A-  
DOLPHI, post nubila redeat & renideat in Solio Tui  
Regiminis, in primis autem SERENISSIMI PARENTIS  
CAROLI GUSTAVI efflorescat Magnorum  
Operum Splendor æternâ memoriâ dignus in com-  
pari FILIO, Hærede Paternorum Radiorum, ut,  
quod Augustus de Roma gloriatus, se ex lateritia fe-  
cisse marmoream, de Tuæ MAJESTATIS Directione  
fera loquatur posteritas: Cui ego me, meumque  
hoc Opus de Conscientia, meosque submissè & hu-  
militer commendo

*æternum devotus*

*& Intercessor*

apud DEUM,

JOHANNES ADAMUS OSIANDER, D.